



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

§. I. Connexion: Oesterreichische und Würtembergische Differentien wegen Hohenstauffer, Achalm und Blaubeyern.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52461](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52461)

1647.
Januar.

Sieben und Drensigstes Buch.

1647.
Januar.

§. I.

Connexion.

Sie müssen nunmehr auch die *Particular-Materien*, welche keine Verbindung zusammen haben, und auf dem Friedens-Congress vorgekommen sind, mitnehmen, welche demnach in diesem und folgenden Buch, vom Anfang des Jahrs 1647. bis zu Ende desselben, auf einmahl vorgetragen werden sollen.

Oesterreichische und Württembergische Differentien, wegen Hohensstauffen, Achalm und Blaubeyern.

Von denen zwischen dem Erz-Hause Oesterreich und den Herzogen zu Württemberg vorgewalteten Streitigkeiten, wegen derer resp. Graf- und Herrschaften Hohensstauffen, Achalm und Blaubeyern, ist schon in vorigen verschiedenes vorgekommen. (Siehe XXIII. Buch, §. XII.) Oesterreich hatte selbige Herrschaften, nach der glücklichen Nördlinger Schlacht, Anno 1634. in

Besitz genommen, und der damalige Herzog von Württemberg, welcher es mit denen Confoederirten Cronen gehalten, darüber aber aus dem Lande weichen mußte, hatte sich nachgehends selbiger Herrschaft schriftlich begeben, um nur wieder zum Besitz seines übrigen Landes zu gelangen. Auf dem Friedens-Congress aber suchte selbiger die völlige Restitution, *ex capite Annelie*, weil Er solche Herrschaft *durante bello & occasione belli*, verlohren hätte. Oesterreich hingegen behauptete ein Pfand-Recht darauf zu haben, und repräsentirte seine Befugniß in der sub. N. I. alhier angefügten *Summaria Informatione*, welche aus der stattlichen Feder des VOLMARS geflossen: Was hingegen vor Anmerkungen darauf von Württembergischer Seite gefertigt worden, ist ab N. II. zu ersehen.

N. I.

Summaria Informatio, quo jure Domus Austriaca, post cladem ad Nordlingam Svecis illatam, Baronatum Hohensstauffen, Comitatum Achalm, itemque Baronatum Blaubeyern, quos antehac Duces Württembergenses possederant, ad se revocaverit, & cum reliquo Archi-Ducum Tirolensium Principatu consolidaverit.

N. I.
Information von Seiten des Kaylers, Hohensstauffen, Achalm und Blaubeyern betreffend.

Primo omnium sciendum est, modernum Dominum Ducem Württembergiæ, cum Anno Domini 1634. mense Septembri, Exercitum Svecorum & Confederatorum gravi prælio ad Nordlingam victum fugatumque fuisse comperisset, mox non expectato victoris Exercitus adventu, deserto patrio solo, Argentoratum aufugisse, ibique tamdiu commoratum esse, donec An. 1636. intercedente Serenissimo Domino Electore Saxonix, de ipsius restitutione agi ceptum. Cum igitur ex Decreto Cæsaris, hac ipsa de re 9. Decembri eodem anno, Ratisbonæ in Collegium Electorale promulgato percepisset, restitutionem impetrare se posse certis conditionibus, inter quas hæc erant præcipua: „Relinqui debere Abbates, Abbatissas aliosque Prælatos & „Ecclesiasticos in possessione suorum Monasteriorum, Ecclesiarum, Bonorum Ecclesiasticorum, in qua tum Sententia & Decreto Cæsaris erant constituti, ita tamen, ut liberum sit Duci, de jure Superioritatis, quod sibi in illos competere asserbat, coram Iudicio Ordinario experiri, illique interea teneantur, pensiones Academiae Tubingensi, ex instituto priorum Württembergensium Ducum, præstare. II. Quod Castrum Hohentwiel Domui Austriacæ tradi debeat. III. Quod omnia bona pignoratitia, quæ a Domo Austriaca Ducibus Württembergiæ concessa olim fuere, ut & *Hohensstauffa & Achalm* absque

A.

B.

C.

1647. „absque refusione pretii pignorationis, eidem Domui Austriacæ, cum omni- 1647.
Januar. „bus appertinentiis, relinqui debeant; cum negotium hoc plane liquidum Januar.
„atque extra controversiam positum sit. IV. Quod Imperator, Baronatum

D. „Haydenbaym suæ propriæ & liberæ dispositioni reservare possit &c. Anno
E. insequenti, mense Octobri, missò ad Aulam Cæsaris Procuratore, *Andrea*
F. *Burchardo*, Iurium Doctore & Consiliario, in hasce condiciones consentire
professus est; Sed cum interea de tradenda Arce *Hohentwiel* agebatur, Capi-
taneus Arcis mutata fide, eandem, expulso Wurtembergico Legato, qui ad
resignandam Arcem in Cæsaris manus venerat, pro Duce *Bernhardo* de *Wei-*
mar & *Fœderatis* se tenere profitebatur. Dux igitur *Württembergensis* ad
Aulam Cæsareæ Majestatis se contulit, suspicionem a se traditæ in manus ho-
stium secreto pacto Arcis, quantum potuit, amovit. pollicitus se tantisper in
Cæsaris potestate relicturum Arces *Hohenaurach* & *Asperg*, donec *Hohen-*
twiel ad deditionem compelleretur; Itaque in gratiam Cæsaris receptus,
G. omnia, quæ a Procuratore suo gesta erant, solemnè Instrumento d. 28. Octob.
Anno Domini 1638. confirmavit, sub honore & verbo Principis, sanctè &
fideliter, loco juramenti servaturum se omnia non solum promisit ipse, sed
etiam idem cum ipso Universitas *Tubingensis*, omniumque totius Ducatus
Municipiorum *Burgimagistri* & *Cives*, exhibitis ea de re mandatorum Do-
cumentis, amplissimo verborum nexu polliciti sunt. Multi quidem ex ad-
versariorum factione, Ducem perfidiæ in socios insimulabant, factumque
H. hoc improbabant. Verum unus ex Consiliariis, quos tum secum habebat,
epistola *Argentorato* 3. Decembris Anno 1637. ad quendam e *Militia Svecica*
per scripta, causas prodidit sane egregias, utilitatemque, quam inde non so-
lum Dux, sed & complices percepturi essent, exposuit. Summa erat hu-
jusmodi: „Experientia nuper compertum, cum præcedenti autumno Tu-
„padelius cum aliquot Equitum turmis Cæsareanos in agro *Württembergi-*
„co hospitantes invaderet, quantum referret Ducem terris suis quibuscun-
„que tandem conditionibus restitui: minus enim bene expeditionem illam,
„quantumvis deliberato institutam cessisse, quod Officialibus & Nobilitati,
„ac reliquis, quibus factio contraria cordi erat, Dux defuerit, qui animum du-
„bitantibus adderet, atque ad fortiter agendum hortaretur. Quodsi Dux tum
„temporis domi fuisset, omnium prudentiorum iudicio Cæsareanos funditus
„deleri potuisset &c. &c. Ne igitur salutaria, consilia ad novam expeditionem
Rhenanam directa, denuo sperato defraudarentur eventu, è re visum, ut
Dux tempori infervire, & quadantenus se submittere Cæsaris arbitrio debeat,
quo facilius necessaria *Suecis* & causæ communi subministrari & competentia
media obtineri possint, nimirum duras & *Achristianas* condiciones jure armo-
rum mitigandi.

I. Quidquid sit, sive bona sive dubia fide Dux cum Cæsare pactus sit, ex
K. præmissis tamen constat, Ducem palam profiteri, causam præactos Barona-
L. tus & Comitatus *Hohenstauffen*, *Achalm* & *Blaubeuren* concernentem esse li-
quidam, atque extra omnem controversiam positum, quod spectent ad Do-
mum *Austriacam*, ac contra jus ac fas hæctenus à Ducibus *Württembergicis*
M. detenti fuerint; Unde consequens est, causam hanc ex præsentì bello origi-
N. nem non habere, ideoque ab Edicto *Amnestiæ* prorsus exemptam esse, nec
vero ulla ratione sub eodem comprehendi posse aut debere.

O. Ut autem clarius de Jure & Justitia Domus *Austriacæ* constet, sciendum
est, Ducem *Leopoldum* de *Austria*, Anno Domini 1370. cuidam Nobili viro,
Equestris Ordinis Viro *Johanni*, *Dynastias* & *Arces* *Hohenstauffen* & *Achalm* si-
multaneè, cum omnibus dignitatibus, emolumentis, fructibus, censibus &
Juribus, omnibusque aliis pertinentiis, pro 12000. aureis *Hungaricis* & *Bo-*
hemicis, per modum pignorationis seu *antichreos* tradidisse, reservato per
expres-

1647.
Januar.1647.
Januar.

expressum perpetuo reluitionis Jure. Quas Dynastias deinde iidem *de Rietheim* reservato Austriacis reluendi Jure, anno Domini 1378. in *Comitem Ulricum Wirtembergæ*, transtulerunt, sicut ex Instrumentis Originalibus Pignorationum & Reversalium, quæ in manu Domus Austriacæ extant, cæterisque Documentis hac de re in Archivo Sturgardiano, post fugam Ducis anno 1634. in una cistula obfignata, cui inscriptum erat (*hæc Documenta præter Ducem actu Regentem nemo alius legat*) repertis, clarissime constat.

Q.
R.
S.
T.
V.
X.
Y.

Anno Domini 1470. Sigismundus Austriæ, Comites Wurtembergicos (ut tunc adhuc appellabantur) de restituendis hisce terris oppignoratis interpellavit, pretiumque reluitionis obtulit. Wurtembergenses moras nectere, causasque, ob quas locus reluitioni non esset, obtendere: Igitur Commissarii à Cæsare impetrantur, qui litem dirimerent; sed interea dum litigatur, Eberhardus Junior, qui tum Ducatus præerat, ob varios in Deum hominesque excessus, per Imperatorem Maximilianum I. anno Domini 1498. Principatu ejecit, inque ejus locum *Dux Ulricus* subrogatur. Is ob beneficium a Cæsare acceptum, eidem publico Instrumento, a se totiusque Principatus Ordinibus subscripto & sigillato, promittit fidelitatem sine dolo & fraude, se omnia bona, quæ sibi & Majoribus suis a Domo Austriacæ oppignorata essent, imprimis vero Arcem *Achahn*, cum omnibus appertinentiis, absque ulla pretii refusione, intra spatium unius anni, Sux Cæsareæ Majestati restitutum; ac si deprehenderetur, Domum Austriacam ad alia quoque bona jus reluitionis actionemque habere, quamvis hucusque ignoratum, suppressum aut neglectum hoc fuisset, se & posteros suos huic omnino locum dare, & quam sibi de hujusmodi juribus noticiam obvenire quandocunque contingeret, eidem Domui Austriacæ fideliter manifestare, ac talia bona contra æquitatem nullatenus retineri debere.

Nec vero refert, in hoc Instrumento duntaxat mentionem *Castri Achalm*, nullam vero *Hohenstauffen* fieri, cum duæ istæ arces in uno eodemque Instrumento oppignorationis, sub una reluitionis summa, 12000. Ducatorum contineantur, & quod de unius redhibitione statuitur, notorie & de alio pacto esse intelligi debeat. Satis igitur constat, Duces Wurtembergenses, quotque vel ab ista cum Cæsare Maximiliano I. inita conventionione fuerunt, malæ fidei possessores fuisse & a prætensa restitutione justissime repelli: Cum dolo facere, dicat *Juris Consultus*, qui petit id, quod mox restituere tenetur.

Z.
Aa.
Bb.
Cc.

Quod ad Baronatum *Blaubeuren* atinet, citra controversiam est, hunc primum quidem titulo Feudi, a Domo Austriacæ Comites de *Helfenstein* recognovisse, ab his deinde, anno Domini 1447. in *Comitem Ludovicum de Wurtemberg* translatum, qui non solum ipse, sed etiam omnes posterius, usque ad Ducem Ludovicum, qui anno Domini 1595. absque liberis masculis defecit, Baronatum hunc semper titulo Feudi a Principibus Austriacis recognoverunt, & quoties casus contigit, renovationem Investituræ petierunt.

Dd.

Cum igitur primi acquirentis generatio in persona dicti Ducis Ludovici defecerit, ac præsentis Ducis Avus, *Dux Fridericus*, qui alias in Ducatu Wurtembergico successit, minime ex linea illius descendat; clarum evadit, Feudum hoc Domui Austriacæ, juxta consuetudines feudales apertum ipso jure, ac Dominium utile cum Dominio directo consolidatum fuisse, adeo ut juxta communem Doctorum sententiam, *Archi-Dux Oenipontanus*, ad quem hoc spectabat, etiam autoritate propria apprehendere illud poterit. Quamvis id non nisi Cæsaris Decreto factum, & per ejusdem Commissarios talis apprehensio executioni mandata fuerit. Cum igitur nec hæc causa quicquam cum iis, ex quibus bellum hoc in Imperio natum est, com-

1647. mune habeat, satis patet, Archi-Ducem nulla ratione teneri, possessione rei
 Januar. ad se claro jure pertinentis decedere.

1647.
 Januar.

Conqueruntur Wirtenbergici, Commissarios Cæsaris in recipiendis istis Dynastiis, limites Commissionis excessisse, & plures terras Archi-Duci attribuisse, quam de jure ad ipsum spectarunt: sed hac ipsa querela nihil aliud agunt, quam quod tacitæ se confessioni involvunt, reliqua igitur non ad Ducem Wirtenbergiæ, sed ad Archi-Ducem Austriæ pertinere. Et quamvis hucusque talem excessum nunquam probaverint, nec etiam probare possint, tamen paratus est Archi-Dux, quamprimum legitimo aliquo indicio aut documento, unam alteramve terram ad ipsum non pertinere demonstraverint, statim eadem decedere, modo ipsi deteriorationes Arcium & terrarum oppignoratarum, culpa Ducum admixtæ, prius refarciantur. &c.

N. II.

Ad Summariam Informationem Notæ, quibus manifeste evincitur, Domum Austriacam, post cladem Nordlinganam, Serenissimum Ducem Wirtenbergiæ, possessione Ditionum Hohenlauffen, Achalm & Blaubeuren per vim & spoliū decessisse, atque adeo ad restitutionem earundem, optimo maximo jure, imprimis vero vi & vigore Universalis Amnestiæ, teneri.

Anmerckun-
 gen ex parte
 Wirtenberg,
 über vorse-
 sende Infor-
 mation.

Ante omnia præsupponendum, præsentis Pacis Universalis Tractatus non eo fine institutos esse, ut Status inter se, de Juribus, Præsentionibus & particularibus, quas inter se habent, litibus disceptent, sed ut Imperio Romano Pax & tranquillitas publica, Ordines vero & Imperii Principes, belli occasione ditionibus suis destituti, in earum possessionem, in qua tempore destitutionis fuerunt, restituantur.

A.

Ad verba: *Ducem Wirtenbergiæ, cum Exercitum Suecorum & Confederatorum ad Nordlingam victum fuisse comperisset &c.* Post cladem Nordlingensem Anno Domini 1634. Confederatorum Exercitui illatam, constat quidem Serenissimum Ducem Wirtenbergiæ utpote confederatum Principem, ad primos gravioresque ut fieri solet, Victoris exercitus atque belli impetus evitandos, e patrio solo Argentoratum concessisse: Econtra vero negari ex parte Austriacorum non potest, quinimo ipsi (quod ex parte Wirtenbergiæ Ducis merito acceptatur) fateri coguntur, Ducem Wirtenbergiæ, prout & ejus Majores, tam ante, plus quam immemoriali tempore, quam etiam hunc temporis, in quietam atque continuam possessionem prædictarum ditionum indubie fuisse, Domum vero Austriacam, post dictam demum cladem, victoriæ hujus occasione abusam, eundem Ducem e patria per id bellum ex parte Confederatorum infeliciter hunc gestum, extorrem atque exulem, sua possessione destituisse, hisce ditionibus spoliasset, ad se per vim & violentiam easdem traxisse, & reliquo Archi-Ducum Tyrolensium Principatui agglutinasse. Ex quo sponte emergit, eandem Domum Wirtenbergicam, utpote partem spoliatam, non tam ex regula Juris Civilis, Canonici, Constitutionumque Imperii indubia, quam & *Face & Universali*, vel jam Ratisbonæ conclusa, Francofurti repetita, a Cæsarea Majestate nonita dudum in Imperium publicata, & a Cæsareanis ipsis in hac publica Imperii Diata in votis & scriptis asserta, nec non Regiis Propositionibus atque Replicis, pro fundamento Pacis & tranquillitatis Publicæ proposita & hujusque tenacissime propugnata *Amnistia*, ante omnia & imprimis restituendam esse, neque posse Domum Austria-

1647. Aufriacam, quod belli ejus occasione occupavit, ullo jure retinere fibique 1647.
 Januar. arrogare. Januar.

B.

Ad verba: *Intercedente Electore Saxonie &c.* Non intercessit solum Serenissimus Saxonie Elector apud Cæsaream Majestatem pro Wirtenbergiæ Ducis restitutione, aliquoties, sed & Cæsaream Majestatem ad Wirtenbergiæ Ducis restitutionem, ex speciali pacto inter Electorem Saxonie & Cæsarem convento teneri, in iis, quas eo nomine ad Cæsaream Majestatem scripsisset literis sæpius testatus est, atque ita restitutionem Ducis, als eine (uti formalia sonant) verabschiedete und verhandelte Sache, multoties, sed frustra, urfit.

C.

Ad verba: *Decreto &c.* Ita est, & acceptat id Dux Wirtenbergiæ, proindeque constat ex eo modicam tandem & aliqualem solummodo restitutionem Ducis Wirtenbergiæ, nullo ejus legitimo consensu, nullo pacto nullaque transactione interveniente, ex solo Cæsaris Decreto, oblatam fuisse; qua occasione autem, quibusve ex causis Cæsarea Majestas ad Decreti istius promulgationem inducta, solæque cum Suecis Gallisque habitæ confederationes prætexæ atque in causa fuerint, ex Catholicorum Electorum (quibus principaliter Electorali Brandenburgico nomine, Catholicus Schwartzbergii Comes interfuit) super eo negotio datis consiliis liquet, Coronis vero tam Galliæ quam Sueciæ exinde colligere licet, qua ratione constrictæ sint, Ducem Wirtenbergiæ ex sola & unica cum illis inita confederationis causa, in tot angustias & miseras redactum, pro conservanda illarum gloria, publicamque ob securitatem, in pristinum suum Statum, in quo ante hoc bellum fuit, integre & plenariè restituendi, nec concedendi, ut Domus Aufriaca ex iniquissima confederati Principis oppressione diceretur, locupletetur, atque potentior, quam unquam antea fuit, evadat.

D.

Ad verba: *Cum negotium hoc plane liquidum sit &c.* Cæsarei Decreti hæc sunt verba, non Ducis Wirtenbergiæ, ut pote cujus nomine huic ex parte Cæsareanorum usurpatæ assertioni, tam quoad principale, tam quoad accessoria & pertinentias expresse & sæpius fuit contradicendum, & ad huc dum contradicatur.

E.

Ad verba: *Misso &c.* Non tunc demum ad Aulam Cæsaream, restitutionem suam sollicitatum misit Dux Wirtenbergiæ, sed id multo antea tempore factum frustra vero tentata omnia.

F.

Ad verba: *In has se conditiones consentire professus est &c.* Cum, ut dictum, Dux non solum omnia frustra agi animadverteret, sed etiam fidem Cæsaream a Saxonie Electore in Aula per literas & Legatos multoties interpellatam atque invocatam non attendi, sed Ducatum patrium in portiones discindi, in frustra & membra dilacerari, eaque partim in potentiores, partim in alios varios distrahi cerneret, & interim per temporis protractionem cum amplissima Ducali, viginti tum temporis capitum Familia, ad extremam vitæ famisque (qua nulla in terris major excogitari potest) necessitatem redigeretur, nec aliud reliquum esset, quam ut tempori necessitati que præsentem cedere, & Cæsaris Decreto sese pro tempore quadantenus submittere, aut cum suis, fame squaloreque etiam infimæ sortis hominibus non Principibus solum indigno, misere perire, & totius Ducatus in alios distractionem

1647. *ctionem oculis suis contueri ; Quid faceret in his angustiis potius Princeps?* Professus quidem est, ut Aufriacorum verbis utamur, se in conditiones propositas consentire, sed quo consensu, an libero? an spontaneo, neutriquam! sed coacto, violento, & ultima famis necessitate eo adactus. Professus est, se consentire; sed non consensit, quinimo protestationem interposuit, quod necessitate eo impulsus fuerit, adeoque consensum legitimum interposuisset nunquam: Professus est, se consentire, sed cum expressa reservatione ulteriori, non tam Gratiae Cæsareæ, quam beneficiorum & jurium; Consensit, sed quomodo? ad tempus, donec aliud vel per publicum Imperii Decretum, vel Pacis, quorum neutrum emanaturum certo fidebat sciebatque, Sanctionem constitueretur, definiretur; quorum prius cum jam & Ratisbonæ communi Cæsaris & Ordinum consensu subsequutum atque definitum sit, alterum vero per DEI gratiam quotidie speretur, non habent amplius Aufriaci, quod ullum Ducis Würtembergici consensum super Cæsareano Anno 1636. ad solum Catholicum Electorale Consilium (uti ex verbis eis Lit. A. videre est) promanato Decreto allegent, sed id convenit potius, ut sese communi Cæsaris Statuumque placito submittant, Legi publicæ satisfaciant, Principemque per Cæsaris decretum gravatum, juxta Publicæ Imperii Constitutionis normam, in eum statum reponant, in quo antedem Nordlinganam fuit, non aliter, ac si nunquam quidquam illi ditionibus suis decessisset.

G.

Ad verba: *Solemni Instrumento &c.* Solemni quidem Instrumento; sed eadem necessitate non tantum durante, sed & Duce ea penitus jam suppresso, Instrumentoque insimul ad Cæsareum præscriptum confecto, quæ omnia tamen & singula non tantum per Amnistiam, sed & expressas Cæsareanorum Duplicas irrita facta, cassata & annullata sunt, juxtaque gloriosissimarum Coronarum Propositiones, & Pacis Universalis Tractatus iterum cassanda veniunt.

H.

Ad verba: *Verum unus ex Consiliariis &c.* Literæ hæc vel in rerum natura nunquam fuerunt, vel privatæ sunt, quæ nihil ad præsens negotium faciunt, nec contra Principem quidquam concludunt.

I.

Quicquid in toto hoc §. ex parte Aufriacorum asseritur, id ex parte Ducis Würtembergiæ per expressum contradicitur, in specie vero:

K.

Ad verba: *Dux cum Cæsare pactus sit &c.* Nullum pactum inter Cæsarem & Principem Würtembergiæ intercessit unquam, sed Decretum Cæsar dedit, Instrumentumque desuper conficiendum præscripsit, cui, ne vitam tandem, quæ jam faucibus hæserat, cum suis perderet, protestatione debita antecessa, ad tempus ex præscripto sese accommodare fuit coactus.

L.

Ad verba: *Ex præmissis tamen constat, Ducem palam profiteri, causam Ditiones Hobenstauffen, Achalm & Blaubeuren concernentem, esse liquidam & quod ad Domum Aufriacam pertineant extra controversiam positam.* Hæc & talia nec Dux Würtembergiæ unquam professus est, neque Documentis desuper habitis ab Aufriaci belli tempore spoliatus, profiteri potest, neque nisi legitimis, & in Imperio inter Principes usitatis modis atque viis convictus profiteri unquam poterit, quin imo ab ejus in Aula tum habitis Consiliariis, per expressum sunt contradicta atque negata; Et si tam clara res unquam fuit, ut jam ab

1647.
Januar.

ab Austriacis esse asseritur, quid quæso causæ fuit, quod Austriaci Achalm & Hohenstauffen a prima (ut posterius dicunt) interpellatione per sesquicentum & plures proximos annos, a Domo Wurtembergica nunquam, *Blaubeysram* autem ante hos quinquaginta demum annos quidem reperere conati sunt Domo tamen Wirtembergica ex justis & legitimis, a multis etiam Juris Consultorum Collegiis approbatis causis refragante atque renuente? Quid causæ fuit, quod jure hæctenus non experti sunt, sed viam juris averfando atque fugiendo, belli demum occasione usi, Ducem exulem, a patria absentem, indefensum, hisce ditionibus exuerunt, destituerunt, spoliarunt? Occuparunt intra centum & quod excurrit annos, Austriaci Ducatum Wurtembergicum bis, sed bis eundem Ducibus veris ejus Dominis restituerunt; Restituerunt vero integrum, nulla reservatione, imo nec ulla quidem unquam facta mentione pignoris, quod Austriaca Domo in una vel altera ditionis Wirtembergicæ parte vel minima habeat; Quod sane nunquam credibile est, eos fecisse, si tam clarum jus, uti jam prætendunt, pro iis sterisset: Transegit insuper Dux Fridericus Anno 1599. super Successione futura, cum Domo Austriaca integra, ullius vero pignoris, aut vel glebulæ terræ, quod extra pactum in futuram Successionem ad Domum illam pertineat, mentionem fecerunt nullam; quod iterum nunquam fecissent, si jus in re præsens aliquod habuissent, quod utique exceperunt; Econtra prudentissimus Princeps *Christophorus*, infra Arcem Achalm, in pago Pfullingen, ab Austriacis inter pertinentias Achalm computato, ex fundamentis construxit arcem, cujus sumptus 60. millibus Thalerorum Imperialium certo constitit: Idem Dux in oppido *Goppingen*, quod sub nomine pertinentiarum diruti Castri Hohenstauffen occuparunt Austriaci, aliam ex fundamento ædificavit arcem, cujus sumptus centum millium Thalerorum summam certo exceperunt. Quis unquam credet, tam sapientissimum Principem talia ausum unquam fuisse, si scivisset, illa loca ad Austriacos pertinere, solum illi in eis jus pignoris, & tale quidem esse, quod 2000. Ducatis a Domo Austriaca redimi posset. Nemo sane recta ratione præditus id fecisset, tam perspicacissimus autem Princeps nunquam: Vere igitur hic militat, quod Iuris. Consulti dicunt: Quod veri simile non est, falsitatis habet imaginem. Brevitatis studio, pluribus omissis, quæ ad destruendam hanc præsentem claritatem Iuris Austriaci cumulari possent, unum sufficit: Destituerunt Principem sua possessione belli tempore, ejusque occasione, ideoque ex Amnistia restituant, & siquid juris sibi competere in Ducem putaverint, jure experiatur.

1647.
Januar.

M.

Ad verb: *Unde consequens est &c.* Qualiter fuit antecedens, tale est consequens, utrumque nullum. Ita autem contra Austriacos hic solide argumentari licet: usque ad præsens bellum Austriaci nihil quicquam Iuris in Ducem Wirtembergicæ prætenderunt, durante vero bello, post cladem Nordlinganam, Duce in exilio versante, has Ditionis Wirtembergicæ partes, Hohenstauffen, Achalm & Blaubeuren invaserunt, Principemque possessione sua destituerunt, ergo, ex Amnestia merito eundem restituere tenentur & debent.

N.

Ad verba: *Ex bello originem non habere &c.* Ad restitutionem ex capite Amnestiæ impetrandam, non necesse est, ut de juribus Austriacorum quicquam agatur, sed sufficit, Ducem Wirtembergicæ docere, quod a ducentis & pluribus annis, usque ad præsens bellum, in quietâ, continuâ & nunquam interrupta possessione harum ditionum fuerit, eo vero tempore & occasione hujus belli demum sit destitutus, quod cum negare in æternum Austriaci non possunt, ratio nulla est, cur se a restitutione, post cladem Nordlinganam in Anno 1636. & 1637. occupatarum Dynastiarum eximere velint.

1647.
Januar.

O.

1647.
Januar.

Ad verba: *Sciendum est, Ducem Leopoldum &c.* Facti hæc est allegatio & ad præsentem casum, ubi de restitutione ex Amnistia ejus, quod bello Wirtembergiæ ereptum est, adeoque de Possessorio, & non de Petitorio agitur, non conveniens: restituatur Princeps, restituatur Archivum, & postmodum jure agatur, inveniet Dux quod ejusmodi Documentis respondeat.

P.

Ad verb: *Cum aliis pertinentiis &c.* Pertinentiæ in Petitorio ab allegante specificè probandæ, quo non factò, omnia libera erunt.

Q.

Ad verb: *Sicut ex Documentis Originalibus &c.* Fatentur hic Austriaci, Instrumenta originalia pignorationum & reversalium in Archivo Studgardiano, post fugam Ducis An. 1634. in obfignata cistula reperta esse; Ergo vel hoc unico testantur, pignus si unquam inter Austriacos & Wirtembergicos in ditionibus Achalm & Hohenstauffen intercessit, id per resignationem literarum pignorationum & reversalium, in manu Wurtembergicorum, utpote in quorum Archivo reperta fuerunt, expirasse atque evanuisse, cum major debiti soluti non sit probatio, quam si Instrumenta debiti crediti, non penes debitorem, sed creditorem reperiantur.

R.

Ad verb: *Ceterisque Documentis, hac de re in Archivo Studgardiano post fugam Ducis Anno 1634. repertis. &c.* Fatentur hic Austriaci ipsi spoliū, sigillumque Principis cistulæ Documentis impositum, eo absente, ipsos violasse; qua certe in re, utpote propriam allegantes turpitudinem, ad impediendam Ducis restitutionem nec ferendi nec audiendi sunt. Restituant vel spoliatores ante omnia Ducem, reddant ei Documenta, antequam id fiat, nihil ex ablati per spoliū Documentis, contro spoliatum Principem probare, multo minus ex delicto suo lucrum quarere poterunt.

S.

Ad Verb: *Anno Domini MCCCCLXX. &c.* Quod hic allegatur, facti est, eademque facilitate a Würtembergicis, quam ab Austriacis asseritur.

T.

Ad Verb: *Würtembergenses moras neçere causasque, ob quas relutioni locus non esset, obtendere &c.* Posito tamen, hæc ita in factò se habere, quid inde? Hoc nimirum, quod ante rem claram, liquidam & extra omnem controversiam positam causam esse suam, Austriaci prætenderunt, nunc ipsi fatentur, Würtembergiæ Dynastas vel jam Anno 1470. ullum jus reluendi pignoris Austriacis falsos esse; Et cum insimul fateantur, Duces Würtembergenses non tantum tum temporis in possessione harum ditionum fuisse, & præterea negare non possint, Ducem Würtembergiæ modernum adhuc Anno 1634. atque ita ab interpellatione prima, annis centum sexaginta integris elapsis, tamdiu in ea possessione permanfisse, donec Anno 1634. post cladem Nordlinganam belli occasione eas occuparunt, insimul etiam fateantur necesse est, contra jus & fas eos fecisse, quod Principem in dicta causa inauditum, a patria exulem, belli tempore & occasione abusi possessionibus suis exuere sint conati, adeoque ex consequenti de jure teneantur, Ducem Würtembergicum in eum statum reponere, in quo ante hanc violentam depossessionem fuit. Præterea cum Principes & Duces Würtembergici Austriacorum (ex propria hac eo-
rum

1647. rum confessione) assertioni, qua Dynastias Achalm & Stauffen pignoris jure 1647.
Januar. apud Wurtembergenses consistere asseruerunt, vel jam Anno 1470. contradi-
xerint, eaque contradictione non obstante in quieta possessione, usque ad vio-
lentam hanc dejectionem sine ulteriori interruptione vel interpellatione per-
manferint, quis non videt? Duces Wurtembergicos libertatem harum Dyna-
stiarum, pro qua etiam Juris & de Jure præsumptio militat, si eam non ante ha-
buissent, in vim quoque legitimæ præscriptionis acquisivisse, atque ita & natu-
rali & civili jure contra Austriacos tutos ad id restitui debere, quod illis con-
tra Juris præcepta tam iniique per bellum vel ejus occasione ab Austriacis fuit
ablatum.

V.

Ad verba: *Dux Ulricus subrogatur &c.* Hic ante omnia notandum, Du-
cem Ulricum utpote 1587. natum hoc tempore adhuc impuberem, atque ita
omnis obligationis atque alienationis bonorum suorum manifeste incapacem
& ex consequenti, omnia ita gesta, nullius efficaciam atque virtutis fuisse.
Quod etiam ipse eventus comprobavit, dum non constat, neque ab Austria-
cis probari potest, quod Dux Ulricus vel in statu impuberi, vel majorennis fa-
ctus quicquam Austriacis cesserit, vel etiam ab iisdem unquam amplius super
ulla relictione fuerit interpellatus, quod nunquam factum fuisset, nec factum
à quoquam hominum præsumi potest, si Austriaci tam clarum & certum jus
ad allegatam Arcem Achalm habuissent; Quin imo cum non solum Dux Ulri-
cus, quamvis ab Austriacis Anno 1519. patria pulsus, post tamen 1534. in eandem
restitutus, in quieta & continua possessione Arcis & ditionis Achalm, us-
que ad dies vitæ suæ permanserit, sed etiam possessionem ad posteros suos sine
ulla interpellatione Domus Austriacæ, usque ad præsentis Illustrissimi Ducis
Wurtembergiæ violentam dejectionem transfulerit: exinde manifesto constat,
Principem in antiqua & à majoribus continuata, & in se translata possessione
conservandum, & per bellum dejectum ante omnia in eandem restituen-
dum esse.

X.

Ad verb: *Ob beneficium à Cæsare acceptum &c.* Ulricus succedendo in di-
tiones avitas, nullum à Cæsare accepit beneficium, sed jure suo, quod ex pacto
& providentia majorum acquisivit, usus est.

Y.

Ad verb: *Arcem Achalm &c.* Probe notandum, hic solius Arcis Achalm
mentionem fieri, omiſsa Arce Hohenstauffen, quam tamen cum Achalm in
eodem Instrumento oppignoratam fuisse, supra ab Austriacis fuit assertum; ex
quo vel uno liquet, rem hanc a parte Austriacorum nunquam ita claram fuisse,
nec adhuc esse, quam ab ipsis asseritur, ideoque eos, jure contra Würtem-
bergicos agere teneri, quicquid vero contra per vim actum, rescindi, annulla-
ri, & Würtembergiæ Ducem primitus restitui debere.

Z.

Ad verb: *Quod de unius redhibitione &c.* Subodorati hic Austriaci, quod
modo ante eis à Würtembergicis objectum, ideoque dicunt, nihil referre, quod
Castri Achalm sola fiat in eo, quod allegarunt, Instrumento mentio, quod
enim de unius redhibitione statuendum, id etiam de alterius relictione statui
debere, quod manifestæ veritati repugnat, cum contrarium potius de jure
præsumendum; id nempe quod omiſsum, pro omiſso manifeste habendum
esse, cum hæc & talia stricte interpretanda, nec de uno ad aliud extendenda
veniant.

Ad

1647.
Januar.

Aa.

1647.
Januar.

Ad verba: *Mala fidei possessores fuisse &c.* Quæ mala fides in possessione non tantum immemoriali, sed & plus quam immemoriali ducentorum vel trecentorum annorum, quæ de jure omnem malam fidem per se excludere solet, & à Jurisconsultis probationum probatissima indigitatur; Mala fide potius egerunt Austriaci, quod jure cum Würtembergicis non experti sunt, quod vim Sereniss. Würtembergiæ Duci adhibuerunt, quod ipsum patriis sedibus absentem suo, & quod tot centenis annis à majoribus suis ad illum optima fide devolutum fuit, despoliarunt, eaque omnia bello præsentis usi vel abusi potius contra Dommum Würtembergicam sunt machinati.

Bb.

Ad verb: *Cum dolo facere &c.* Juris hæc est regula, cum spolio quod in casu hoc nunc versatur, nihil commune habens, quin è contra spoliatum ante omnia restituendum, omnia jura evincunt.

Cc.

Ad verba: *Quod ad Baronatum Blaubeuren &c.* Proprio hic se gladio jugulant Austriaci, facti sunt Würtembergici semper & adhuc fatentur, partes quasdam ditionis Blaubeuren, Castrum Ruck, Plauenstein cum pertinentiis fuisse & esse ab antiquo Feudum Domus Austriacæ, sed tale, quod de linea ad lineam masculinam, & iis deficientibus ad Filias quoque sit transmissibile, ac perinde secundum schema propositum Lit. D. deficiente linea Ludovici I. ejus acquirentis, ad lineam ejus Fratris Ulrici bene amati & consequenter ex ea descendente Fridericum VI. ejusque filium Johan. Frider. & nepotem Eberhardum moderne Ducem devolutum esse, id ex propria Austriacorum hoc loco posita assertione tam manifestum est, quam manifestissimum. Feudum Blaubeuren à Comitibus de Helffenstein Anno 1447. in Comitem Ludovicum de Wurtemberg, emptionis jure adeoque titulo oneroso translatum, verum est: Falsum autem, quod Dux Ludovicus Anno 1595. mortuus, ex Ludovici primi acquirentis generatione descendente unquam fuerit, aut (juxta Austriacorum assertionem) in illius persona primi acquirentis generatio demum defecerit; Ex prædicto enim Schemate, quod nemo Austriacorum diffiteri unquam potest, constat, Ludovici hujus utpote primi acquirentis lineam statim in ipsius filio, Eberhardo I. Duce Würtembergiæ, utpote qui ^{avatus} obiit, & de Feudo Blaubeuren de facto investitus fuit, desisse: Cum vel post ejus obitum Feudum hoc Blaubeurense non solum ad Eberhardum patruelem, atque ita ex alia quam primi acquirentis linea, ab Ulrico nempe bene amato prognatum Eberhardum II. & post hujus obitum ad Fratris sui Henrici Filium Ulricum, ab hoc ad Christophorum & dehinc ad Ludovicum, quorum nullus a primo acquirente Ludovico descendit, fuerit devolutum; Dux vero Fridericus, ejusque nepos modernus Dux Würtembergiæ ex ejusdem Ulrici bene amati stirpe, nempe ejus filii Filio altero Georgio procedat, ex inde manifestissimum evadit, per deficientiam unius generationis Feudum hoc nunquam defecisse, neque deficere, sed una deficiente ad alteram superfitem devolvi, & ex consequenti deficiente in Ludovico linea Ulricana, ad Fratris sui Lineam Georgianam, ex quo Fridericus ejusque nepos Eberhardus descendunt, devolutum esse, ideoque eundem Ducem Eberhardum, quamvis à primo acquirente non descenderit, non secus quam Eberhardum II. atque eo deficiente Ulricum Duces, eodem modo non ex primi acquirentis, sed collateralis linea provenientes; veruntamen hoc non obstante à Domo Austriaca investitos, eodem modo adhuc dum de jure investiri debere.

Ad

1647.
Januar.

Dd.

1647.
Januar.

Ad verb: *Non nisi Caesaris Decreto factum &c.* Factum hoc inaudito Duce Eberhardo, a patriis sedibus ejecto, absente, adeoque nulliter, eaque propter ante omnia restituendus uti ad hanc restitutionem omnino faciendam Caesar ex Ratisbonensi Receptu, Francofurtensi concluso & publicata in Imperium Amnestia sine hoc est obligatus, & Coronæ Laudatissimæ pro vero Pacis fundamento in suis Propositionibus atque Replicis amice hætenus habuerunt, judicarunt, propagarunt.

Ee.

Ad verb: *Hec causa quicquam cum iis, ex quibus hoc bellum natum est, commune habet &c.* Verum hoc, si Petitorium spectetur, falsum si Possessorium, quoniam Dux Wurtembergiæ post cladem Nordlingensem per bellum notorie ab Austriacis sua possessione privatus, atque ob hanc unicam & solam causam, quod se confederatis in bello præsentis junxit, patrimonio suo exutus, ideoque ex Amnestia Universali merito restituendus est.

Ff.

Ad verb: *Claro Jure &c.* Id quam clarum sit, ex superioribus constat.

Gg.

Ad verb: *Conqueruntur &c.* Merito conqueruntur Wurtembergici plures terras Autriacos illis eripuisse, quam ad Arces Achalm atque Hohenstauffen, itemque ad feudum Blaubeuren pertinuerunt, sed quid inde? Ergo dicunt Austriaci, Wurtembergici ipsi fatentur reliqua ad Domum Austriacam pertinere: Absurda est hæc argumentatio potest enim vere dici, hic & hic ab antiquo fuit districtus Achalmensis, & sic deinceps Hohenstauffensis Blaubeurensis, non tamen potest inde inferri, si Austriaci plus quam districtum hunc cum castro occuparunt, ergo Feudum Blaubeuren ad Austriacos pertinet, & quæ similes, sed absurda illationes ab Austriacis hic proponuntur.

Hh.

Ad verb: *Quam primum legitimo &c. demonstraverunt &c.* Hoc non incumbit Duci Wurtembergiæ, sed ei docere, qui pignus asserit, satis est Duci restitutionem quaerenti spoliū allegare, idque ab adversa parte negari non posse.

§. II.

Gravamina
der Universität
Tübingen,
wegen der
Zehenden und
Gefälle zu
Aisch und Rin-
gingen.

Die Universität Tübingen, hatte nach Occupirung des Amtes Blaubeuren, von ihrer Stiftung an, die Gefälle und Einkünften der beyden im Amt Blaubeuren gelegenen Dörffer, Ringingen und Aisch, ruhig besessen und genossen, bis Anno 1637. solche von der Erz-Herzoglichen Inspruckischen Herrschafft, entzogen wurden. Um deren Restitution geschah demnach von der Universität, vermdg des Memorials sub N. I. cum Adj. 1. 2. 3. & 4. gebührende Ansuchung.

N. I.

Præsent. Osnabr. d. 18. Ian. &
Dictat. d. 19. ej. An. 1647.

Memorial der Universität Tübingen, wegen entzogener Gefälle zu Ringingen und Aisch.

Des Heiligen Römischen Reichs Evangelischer Fürsten und Stände fürtreffliche
Fürstlicher Theil. Na 26.